



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

Quid beneficiu[m] & quotuplex & qui conferant cap. 76. & 77.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

quando desunt conditiones supra
positæ; quando verò sunt iustæ
debent solui, eademque est ratio
quando certum non est esse iniu-
stas, & qui secus facit tenetur ad
restitutionem. At parati soluere si-
ne fraude, si non soluunt quia ab
exactoribus non exiguntur, & mos
est, vt exigantur, non tenentur ip-
sis exactoribus offerre, præcipue si
parui sint momenti, aut eorum iu-
stitia dubia.

*Quid beneficiū, & quotuplex, &
qui conferant. Cap. 76. & 77.*

Beneficium est " ius percipi-
endi fructus ex bonis Deo
dicatis, clerico propter diui-
num officium competens. Et est
quadruplex: quædam quæ habent
animarum curam, & iurisdictionem
exteriolem vt Episcopatus, & ali-
quæ Abbatia, ac Prioratus. Quædam

quæ neutram habent, vt beneficia simplicia & Capellaniæ. Alia habent quidem iurisdictionem, sed non animarum curam. Quarto loco sunt, quæ curam animarum habent, sed non iurisdictionem, vt beneficia curata. Beneficium & præbenda differunt, nã illud tantum clerico, hæc etiam laico datur, qui Ecclesiæ inseruit: vel est pauper, aut de Ecclesia benemeritus. Papa confert beneficia de plenitudine potestatis. & vbiq; terrarũ, Ordinarius de iure beneficia suæ Diœcesis, nisi in contrarium, statutum vel consuetudo aliqua extet, Capitulum verò per se quando ordinarius est suspensus, vel excommunicatus, vel sede vacante beneficium iuris patronatus, vel quod solebat cum Episcopo conferre, vel si habeat eius rei priuilegium aliquod. Datur autem beneficium quatuor modis, Collatione, Resignatione,

Electiōne, & præsentatione, ex quibus prior ad superiores personas tantum pertinet, alii etiam ad alios.

Quomodo quis alteri debeat dare beneficia. Cap. 78.

Conferens beneficia aliquo dictorum modorum, duo observare debet; primū, ut det gratis, & absque pretio alicuius rei pecunia æstimabilis, alias esset simonia. Alterum ut det iustè, & digno, id est sanctis moribus instituto, atque ad tale officium exercendum idoneo, alioquin peccaret conferens, & ad restitutionem teneretur Ecclesiæ faciendam: Nec sufficit digno dare, si dignior adsit, nisi beneficium sit patrimoniale, aut ex propriis bonis constructum: tunc enim sufficit ut digno detur, altero digniori relicto: sed nec quando in aliis da-